Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5349
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">

Augustinus

tumidant i. superbos faciunt

deprimit i. perimittit

et nox huius arboris scilicet vite presentis radi
ces incessabiliter corrodentes Item Augustinus
in originali tractatus illud Jacobi 4° Que
est enim vita nostra vapor ad modicum
parens et deinceps exterminatur sic dicit
Vita hec est dubia vita ceca vita
erumpnosa quam honores tumidant do
lores extenuant ardores desiccant aera
mordebant esca inflant Jeiunia ma
cerant ioci soluunt tristicie consumunt
sollicitudo coartat securitas hebetat di
vicie iactant paupertas deicit iuven
tus extollit senectus incurvat infirmi
tas frangit meror deprimit et post
hec omnia mors interimit et universis
gaudiis finem imponit Ita quod cum esse
desierit nec fuisse putetur Et hoc est
quod dicitur Sapiencie 2° Exiguum est et cum te
dio tempus vite nostre et inicio nati sumus
et post hec erimus tamquam si non fuerimus
Et ibidem umbra transiens est tempus
nostrum Item Sapiencie 2°. Transiet vita
nostra tamquam vestigium nubis et sicut
nebula dissolvetur que fugata est
a radiis solis et a calore illius aggra
vata Unde Job xvi. Ecce breves
anni transierunt et semitam per quam non
revertar ambulabo Et eodem nono Dies